



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio Nona. Exemptio per Papam Monasterio concessa, si verba in rem  
apparent concepta, realis dicitur, quamvis de personis quoque mentio  
habeatur, & tunc Abbati etiam illius commendatario ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO NONA.

Exemptio per Papam Monasterio concessa, si verba in rem apparent concepta, realis dicitur, quamvis de personis quoque mentio habeatur, & tunc Abbatibus etiam illius commendatario suffragatur; nec tollitur exemptio per successivam quidem Ecclesie collationem factam cum enunciatiua, quod illa esset Ordinatio subiecta, cum talis enunciatiua nihil probet in hac materia, nec ullam vim habeat privilegij naturam evertere.

R.P.D. CARILLO.

Roffanen. Exemptionis.

Veneris 22. Junii 1640.

SUMMARIUM.

- |   |   |    |   |    |   |
|---|---|----|---|----|---|
| 1 | Exemptio probatur ex privilegio Pontificis.   | 9  | Privilegium personale non egreditur personam illius, cui conceditur.  | 10 | Privilegium reale suffragatur successoribus.          |
| 2 | Privilegium personale non egreditur personam illius, cui conceditur.                    | 11 | Scriptura extracta & compulsata lite pendente sine compulsoria, & sine citatione partis, nullam fidem merentur. | 12 | Scriptura qua non sunt in actis, non sunt attendenda. |
| 3 | Effectus subsecutus operatur interpretationem cuiuslibet dispositionis.                 | 13 | Acta gesta à non habente mandatum procure, nec Domino nec successoribus praeducant.                             |    |   |
| 4 | Verba privilegij concepta in personam, illius personalitatem inducunt.                  |    |   |    |   |
| 5 | Ecclesia commendata non praesumitur ab ordinarij jurisdictione exempta.                 |    |   |    |   |
| 6 | Episcopo ea omnia reservata censentur, qua per Pontificem expresse non fuerunt adempta. |    |   |    |   |
| 7 | Privilegij verba in rem concepta inducant privilegium esse reale.                       |    |   |    |   |
| 8 | Verba privilegij si sunt apta inducere  |    |   |    |   |

Est inter recent. decij. 230. par. 8.

14 Mar.

- 14 Mandatum procura speciale requiritur ubi agitur de actu prejudiciali.
- 15 Acta gesta à non habente mandatum procura possunt à Domino revocari etiam non dicto de errore.
- 16 Privilegio concesso Ecclesia non potest commendatarius præjudicare.
- 17 Ecclesia si est Sedi Apostolica subiecta immediate dum agitur de illius præjudicio, requiritur consensus Papa.
- 18 Enunciatio simplex non tollit precedentem exemptionem, de qua in ea nulla habetur mentio.
- 19 Privilegii revocatio non præsumitur, nisi de ea expressè confect.
- 20 Privilegium postquam est concessum, non dicitur contra jus, sed de jure.
- 21 Papa regulariter non censetur alterare statum Ecclesie.
- 22 Exemptio Ecclesie non tollitur per collationem de eafactam mediante conventu riva, quod erat Ordinarii jurisdictioni subiecta.
- 23 Enunciatio simplex nihil probat, nisi principaliter quaritur de enunciatio.
- 24 Commendatio simplex non tribuit jurisdictionem vel dominium, sed solum consensus.
- 25 Episcopus nullum jus acquirit, si processerit nisi Apostolica Sedi delegatus.
- 26 Actus tribuitur ordinanti, non exequenti.
- 27 Fides & attestaciones simplices non faciunt aliquam probationem.
- 28 Observantia ut suffragetur, debet esse continua & pacifica respectu illius, de cuius interesse agitur.
- 29 Observantia privilegii Apostolici præbatur ex subsecutis solutionibus ad formam illius.

**P**lacuerunt Dominis fundamenta Decisionis in hac causa emissæ sub die 10. Aprilis præteriti, qua firmatum fuit constare de exemptione ad favorem D. Abbatis S. Mariæ de Patiro: idèd perstiterunt in decisio non obstantibus his quæ pro parte Reverendiss. D. Archiepiscopi Rossanen. contra eam deducebantur. Habet etenim d. Abbas intentionem fundatam super exemptione à quocunque alio Antistite, præterquam à Sacrosancta Romana Ecclesia, ut patet ex verbis privilegii Innocentii III. Ecclesie S. Mariæ de Patiro concessi, ibi: *Volumus, ut nulli Monasterium vestrum cum capellis omnibus & tenementis suis sit subiectum, præterquam sacrosanctæ Romanæ Ecclesie. Text. express. in cap. si Papa. §. si autem de privil. in 6. Scraphim. de off. 1025. num. 6. cum aliis plurimis relatis in decis. huius causæ §. quia ex lectura, & propterea merito Rota respondit ad ejus favorem.*

Absque quod aliquid relevet duo objecta facta per informantes d. Domini Archiepiscopi in hodierna disputatione. Primum scilicet, quod d. privilegium sit personale, & sicuti concessum Archimandritæ & Fratribus regularibus, non possit suffragari moderno Abbati & aliis Clericis secularibus d. Monasterii, cum privilegium perlo-

personale non egrediatur personas, quibus fuit concessum. cap. privi. de reg. jur. in 6. Rota decis. 4. n. 2. de privi. in antiq. Alterum, quod ex observantia subsecuta desump-  
ta et quibuldam actibus jurisdictionalibus factis ab Ordinario, coadjuvetur funda-  
mentum personalitatis, & excludatur omnino dicta exemptio, cum pro interpre-  
tatione cujuslibet dispositionis debeat sumi argumentum ab effectu subsecuto, &  
observantia dicatur regina interpretationum l. si de interpretatione § l. minime ff. de  
legat. Sura d. conf. 362. num. 10. Monci. de decim. cap. 4. n. 145.

Quia quoad primum fuit responsum, non subsistere, quod concessio d. pri-  
vilegii fuerit simpliciter personalis; nam licet illius proœmium legatur directum in  
personas regulares, non autem in rem, ibi: ut ordo monasticus, qui secundum Deum  
& B. Basilij regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis temporibus ibidem  
inviolabiliter absque omnimolesta & inquietudine observetur &c. quæ verba cum ter-  
minantur in personis Monachorum, & tuitione eorundem, viderentur referenda  
ad personalitatem. Cap. per exemptionem de privileg. in 6. ubi Geminian. num. 5. Franc.  
num. 3. vers. quinto nota. & Ancharan. n. 3. vers. quarto nota. Rota decis. 156. num. 6. par. 1.  
recet. quia personalitate stante per commendationem d. Ecclesie in personam mo-  
nasterii Abbatis non censetur communicata privilegia ordini regulari concessa, nec  
ordinario adempta præsumitur jurisdictio sibi competens super dicta Ecclesia com-  
mendata, nisi infra fines suæ Diocesis. ex cap. congerente de offic. ordin. cap. cum  
Episcopus eod. tit. & cap. omnes Basilica 16. quest. 7. cum regulariter omnia quæ expresse  
Episcopo non adimuntur, censeantur ei reservata Anchar. in cap. postulasti num. 45.  
ante mea. vers. quod proba de foro compet. & in cap. 2. num. 10. de consue. in 6. Rota decis.  
324. num. 5. par. 1. recet.

Attamen ex lectura totius privilegii bene dignoscitur ejus concessionem  
fuisse realem, ait enim Papa in dispositiva, quod Monasterium cum capellis omni-  
bus & tenementis suis nulli sit subjectum, præterquam sacrosanctæ Romanæ Ec-  
clesiæ, & paulo post subjungit, quod d. Monasterium ad indicium seu nã cum capel-  
lis & tenementis ejus fuisse receptum sub proprietate & protectione S. Petri & Sedis Apo-  
stolicæ, unciam auri singulis annis Ecclesiæ Rom. persolveret. Quæ quidem verba negari  
non potest, quin fuerint directa in rem, ut patet ad sensum, & proinde privi-  
legium reale reputatur, ex traditis per Dym. in capit. privilegium numer. 6. de reg.  
jur. in 6. Dec. in l. in omnibus causis numer. 15. ff. de reg. jur. Natta. consil. 627. nu-  
mer. 12. Cravetti. consil. 590. numer. 1. Menoch. de præsump. liber. 3. præf. 103. numer.  
26. licet concutrat mixtura personalitatis, quia quando ad sunt verba apta ad indu-  
cendam realitatem, non tollitur qualitas ipsius realitatis per expressionem perso-  
narum. Bald. in l. apud Julianum §. si quis alicui de legat. 1. & in consil. 159. vers. item  
quæ realis hb. 3. Menoch. d. præsump. 103. num. 29. nec dicta verba uti nimis clara & in-  
dispositi.

dispositiva privilegii prolata possunt a proœmio restringi, sed potius ab eis delectur  
 9 mitur causa finalis, non a proœmio. *Purpurat. in l. cum qua. ff. si cert. per. num. 116. in fine. Socin. conf. 24. per tot. lib. 4. & glos. 2. in clem. 1. ad fin. de elect. Menoch. lib. 6. pre. sumpt. 2. num. 15. Rota decif. 36. num. 17. par. 5. recent. qua realitate stante privilegium suffragatur etiam moderno Abbati, l. via. §. quacunque ff. de servit. rustic. prad. l. si quæ. §. duobus ff. de contrahen. emp. Rota coram Martino Andr. dec. 54. num. 24. cum alia allegatis in precedenti decisione §. nec d. xerunt.*

Quò verò ad secundum objectum deductum ex observantia, nec etiam  
 subsistere vilum fuit, quia ultra quod scripturæ, quibus probari præceduntur  
 ctus pro inducenda dicta observantia, sunt extractæ & exemplatæ lite pendente  
 11 sine compulsoria & citatione partis, & sic nullam fidem merentur, ad not. in cap. fin. de fide instrum. Auth. si quis in aliquo c. de eden. Rot. decif. 1. de fide instrum. in not. & in recent. decif. 302. num. 1. par. 1. & coram Gregorio XV. decif. 469. num. 4. & plur. prator. §. si iudex. vers. & pro hos. ff. de re iudic. Rota decif. 404. num. 2. par. 1. recent.

In omnem eventum quatenus etiam essent in forma probandi, & in eisdem  
 productæ, nec minus relevarent, siquidem acta gesta de anno 1533. in Curia  
 archiepiscopali Rossanen. sub nomine d. Abbatis contra quemdam Franciscum Chie  
 rubinum de Rossano molestantem nonnullos colonos d. Abbatia exemptæ, non  
 apparenti gesta ab habente mandatum procuræ ipsius Abbatia, prout requiritur,  
 12 solvendo ff. de negot. gest. Innocent. in cap. veniens. de procurat. Bartol. in l. certum §. si  
 an & ipse num. 2. ff. de confess. Simon de Pret. conf. 80. num. 46. & seq. Honded. conf.  
 66. num. 76. vol. 1. & quidem opus esset doceri de mandato speciali, cum manda  
 tum generale non comprehendat casum, in quo privilegiis renunciatur, uti actum

14 præjudiciale. Bald. in cap. 1. col. 2. ut lite non constet. Jason in l. si procurator in 8. l. ad  
 mit. C. de procurat. Paris. conf. 86. num. 17. lib. 4. Gregor. XV. decif. 75. num. 1. ibique ad  
 15 tore, prout per d. Abbatem revocata fuerunt. Rota decif. 19. de procurat. & decif. 2.  
 de confess. in novis. Caputaq. decif. 198. par. 1. num. 2. & in recent. decif. 470. num. 6. & de  
 cif. 768. num. 5. par. 2.

Quinimò etiam si adesset mandatum speciale, nihilominus, ex quo privi  
 16 legium fuit concessum Ecclesiæ, ut supra fuit firmatum, Abbas commendatarius  
 non potuisset ei præjudicare. Final. in clem. 1. num. 57. de offic. vicar. Calderin. conf. 5.  
 num. 1. de confess. Castren. conf. 338. lib. 1. Rota decif. 480. num. 4. par. 1. recent. Seraphin.  
 17 decif. 1278. num. 3. & fuit dictum coram R. P. D. meo Pirovano. in S. Angeli Lombardo  
 coram me. Sed requirebatur Sedis Apostolicæ consensus, dum ei dicta Abbatis est  
 immediate subiecta cap. cum tempore in fine, & ibi not. Abb. num. 2. de arbit. Joan. Andri.  
 in cap.



in cap. scienti col. 1. 4. vers. solvit pro hac parte. de reg. jur. lib. 6. Felin. in cap. P. & G. num. 17. de offic. deleg. Roman. conf. 369. num. 18. Sura. conf. 47. num. 25. Mantie. decis. 237. numer. 4.

Nec adversari dictum fuit, quod in litteris Innocentii VI. emanatis super continuatione electionis Archimandrite d. Monasterii, enunciatur d. Monasterium subiectum Ecclesie Rossanen. jure ordinario, quia dum in eisdem non fit mentio de privilegio antecedenti exemptionis, dicta simplex enunciatiua non facit, ut precedens exemptio sublata dicatur. Archidiacon. in cap. 2. num. 2. ante fin. de consuet. in 6. Barbat. consil. 23. num. 6. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 918. num. 38. & cap. 981. num. 6. revocatio enim privilegii non presumitur, nisi de ea expresse constet. gloss. in sum. ad fin. vers. item in dubio 25. quest. 2. Crot. consil. 281. num. 12. 18. & 19. & consil. 380. num. 24. & 25. lib. 3. Rota decis. 139. num. 5. par. 2. divers. cum sit odiosum aut ferre privilegium, quod post concessionem non dicitur contra jus, sed de jure. l. ff. de consuet. princ. cap. decet de reg. jur. in 6. Cas. de Grass. decis. 1. num. 6. & 7. de verb. signif. Gonzalez ad regul. 8. cancell. gloss. 36. num. 56. & regulariter Papa non intendit statum Ecclesie alterare. Neviz. an. inter consilia Alberti Bruni conf. 12. num. 38. factum notata per Rot. coram Seraphino decis. 271. num. 6. & apud Burat. decis. 623. num. 8. ex doctrina Felini in cap. nonnulli in princip. de rescript. & in tract. quando littera Apostolica preajud. in 2. ampliat. num. 7. prout in presentibus non alteravit, dum processit cum supposito quod d. Monasterium esset Ordinario Rossanen. subiectum, cessante autem hoc supposito ex privilegio precedentis exemptionis, corrumpitur etiam dicta enunciatiua, nec in eo potest aliquod fieri fundamentum, per regulam, quod ubi consequens fundatur in aliquo antecedenti, sublato antecedente, tollitur etiam consequens. L. si cum teff. de pact. l. fin. ff. de consuet. pecun. Rota decis. 10. de prebend. in ant. num. 3. ultra quod simplex enunciatiua nihil probat, dum principaliter agitur de enunciato. Parisius conf. 94. num. 19. lib. 1. Decian. consil. 348. in fine. Put. decis. 371. numer. 2. lib. 1. in correct. Rota decis. 37. de probat. in antiq. & decis. 380. numer. 26. par. 2. s. recent.

Eademque responsio adaptatur simili enunciatiue emissæ in alio Breve Alexandri VI. directo Archiepiscopo Rossanen. in quo Papa commendat eidem Archiepiscopo D. Gasparem Pou. Commendatarium d. Monasterii de Parito tanquam Rossanen. Diocesis; quia est simplex enunciatiua, quæ cum agatur principaliter de enunciato, non probat, & dum in scriptura, ubi fit enunciatio, non fuit facta mentio privilegii precedentis exemptionis, in nihilo eidem exemptioni fuit præjudicatum ex superius deductis; & eo minus cum d. Breve Alexandri VI. non contineat nisi simplicem commendationem rerum & negotiorum d. Monasterii, ad hoc ut d. Gaspar, qui erat ejusdem Papæ Alexandri secretus Cubicularius posset cum auxilio Archiepiscopi Rossanen. res & negotia ejusdem Monasterii facilius tractare.

tractare, & ideo per illud non censetur sublata precedens exemptio, nec operari  
 24. ut d. Monasterium Archiepiscopo sit subiectum, simplex enim commendatarius non  
 tribuit jurisdictionem vel dominium, sed tantum facit, ut commendatarius commo-  
 datum teneat defendere. *Ausb. de hered. & salcid. §. 1. cap. imperialem. de prob. sed  
 alien. facit Bartol. in conf. 59. incip. Commune Spoleti. quem sequitur Rota decis. 24. n. 6.  
 par. 6. recent.*

Prout nec etiam relevare visa fuerunt ea, quae dicebantur de scientia, & actus  
 25. istis super confirmatione transactionis initae cum d. Abbate, & de litteris *scilicet* in  
 eadem Archiepiscopo Rossanen. directis super concessione in emphyteusim  
 iusdam petrae tertiae d. Abbatiae, quia in his actibus Archiepiscopus non procedit ut  
 delegatus Apostolicus, & ideo non potuit per eos aliquod jus circa jurisdictionem  
 acquirere, ut notat in specie Rota coram Martino Andrea decis. 54. n. 19. *vers. non  
 stat. & n. 20. & fuit dictum in Adriano seu nullius jurisdictionis 28. Maii. 612. & 8. Mar-  
 26. ti 1613. coram bon. mem. Valdo. Ea praecipue ratione, quoniam actus attribuitur  
 dominanti, non exequenti l. si haeres ex testamento ff. de act. emp. l. item eorum. §. si decem.  
 ff. quod cuiusque univers. nom. Cravet. conf. 144. n. 3. Rota decis. 176. n. 2. par. 2. *vers.*  
 & coram Gregorio XV. decis. 252. n. 9.*

Denique fides & attestations, quibus probari praetenditur exactio decimarum  
 facta per ordinarium Rossanen. non fuerunt habitae in consideratione, quia ultra  
 27. quod sunt simplices attestations, & consequenter non probant. *Cas. de Graff. decis. 2.  
 n. 13. de sponsal. Seraph. decis. 106. n. 3. Gregor. XV. decis. 204. n. 2. continent etiam ex-  
 ceptionem decimarum factam lite pendente in Rota usque de anno 1569. cuius causa  
 commissionis vigore ego vni suffectus concessi inhibitionem, quae fuit moderato  
 Archiepiscopo presentata, & propterea exinde resultare nequit non usus privilegii,  
 28. & observantia ad favorem Ordinarii, cum certum sit, quod observantia, ad hoc ut  
 suffragetur, debeat esse continua & pacifica respectu illius, cuius interesse laeditur. *Al. n.  
 conf. 9. n. 6. volum. 3. Felin. in cap. sicus. n. 33. de re iudic. Gabriel. de praesump. conl. n.  
 59. sard. conf. 28. n. 99. vol. 1. & dixit Rota cum Seraphino decis. 74. 8. n. 1. cum aliis plu-  
 ribus cumulatis per addens. ad Burat. decis. 857. num. fin.**

Ex quibus cum penitus diluatur observantia pro D. Archiepiscopo allegata, di-  
 29. prout ponderatum fuit in precedentibus decisionibus, nempe ex solutione unciarum  
 facta Camerae Apostolicae, & ex solutione annuatim mellis una cum tribus ce-  
 nentibus facta Ecclesiae Rossanen. *juxta decis. Seraphini 1025. n. 10. 11. & 12.* & ideo stete-  
 runt in decis. reservato tamen videtur de speciebus dictae exemptionis.  
 Et sic decisum utraque &c.